DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
QUAEDAM
DE
HEPATITIDE
COMPLECTENS;

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.
ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;
NECNON,
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,
ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO;
Pro Gradu Doctoris,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ALEXANDER DAVIDSON, A. M.
Scoto-Britannus,
COLLEGII REGII CHIRURGORUM LONDINI SOCIUS,
COLLEGII REGII CHIRURGORUM EDINENSIUM PERMISSUS,
SOCIETATIS REGIAE MEDICAE EDINENSIS SOCIUS EXTRAORDINARIUS,
&c. &c. &c.

Kalendis Augusti, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBAT C. STEWART,
Academiae Typographus.
MDCCCXIX.

DOCTORIS GORDON

DILECTISSIMI PRAECLARISSIMIQUE

ET SEMPER LUGENDI

MEMORIAE,

HOC SACRUM

VOLUI,

ALEXANDER DAVIDSON.

Soul of the just! companion of the dead!
Where is thy home, and whither art thou fled?
Back to its heavenly source thy being goes,
Swift as the comet wheels to whence he rose.

CAMPBELL.

No warning giv'n! unceremonious fate!
A sudden rush from life's meridian joys!
A wrench from all———————
——————— a plunge opaque
Beyond conjecture!
Strong reasons shudder at the dark unknown!
A sun extinguished!———————

YOUNG.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

HEPATITIDE.

Adeo generale est imperium functionum Hepatis, uti ullum earum vitium non possit, quin multum afficiat solitas actiones aliarum partium. Inter morbos, qui jecur afficiunt, primum Hepatitis occupat locum.

Hepatitis, seu inflammatio jecoris, duas sibi assumere formas, nempe acutam, et longam seu chronicam, observata est.

Hepatitis acuta crebro incipit cum horripilatione, frigoris sensu, aut tremoribus adeo levibus, ut vix ab aegro percipiantur, quibus calor auctus superficiei cito supervenit. Sitis magna, alvus saepius tarda, lingua sordibus albis tecta, et urina (1) subrubra est: aut verbis Doctoris Cullen uti licet, " Pyrexia; hypochondrii dextri tensio et dolor, saepe pungens pleuritici instar, saepius obtusus; dolor ad claviculam et summum humeri dextri; decubitus in sinistrum latus difficilis; dyspnoea; tussis sicca; vomitus; singultus."

Ea definitio signa diagnostica Hepatitidis exhibet, ut in hac insula se ostendit; in regionibus vero calidis, et praesertim in India Orientali, morbus vix adeo evidenter se declarat (2).

---

(1) Dominus Rose mentionem fecit urinam in Hepatitide nullam ueam continere; quam observationem Doctor Henry confirmavit. Vide Annals of Philosophy, vol. v, p. 424, vol. vi, p. 392.

(2) Jacobus M'Gregor, Eques, dicit, " In India I have learned from some of the oldest practitioners, and from some gentlemen of

Signa ejus primaria, et quae ostendunt inflammationem adesse, saepe leviter sentiuntur, etiam in aegris ubi inflammatio adeo urget, ut celeriter in suppurationem abeat. Dolor lateris neque perpetuus, neque acutus est; vix ab aegro observatur; rarissime mentione facta de eo nisi interrogetur; et modo tantum dicit leves dolores adesse circa regionem scrobiculi cordis, vel in regione hypochondrii dextri, ad epigastrium, et sinistrum hypochondrium tendentes, et, parte inspecta, plenitudo observatur, et dolor quidam a pressu sentitur. Haud raro haec signa sinuntur progredi per aliquot dies; et ab aegro e bilis ipsius vitiis, seu ab exitu ejus impedito, vel a secretione ejus imminuta oriri putantur; cum natura quorum se esse perfamiliarem existimat; et dosin submuria-

---

abilities, the most respectable in the profession, that very commonly Hepatitis is met with when all the symptoms of Cullen's definition are wanting."—Vide M'Gregor's Medical Sketches of the Expedition to Egypt, p. 172.

tis hydrargyri, et salium, quorum nomen est "*Cheltenham effloresced alkaline salts*," et hoc modo perseverat diem per unum aut alterum, signa debellare existimans: morbus autem ingravescit, donec superatur medicamentis magis idoneis.

Levitas intestinorum fatigat aegrum, irritabilitas ventriculi, quae haud raro adeo vehemens est, ut nauseam et vomitum inducat; quo quid devoretur, fere simul ac in ventriculum receptum, ejicitur (1). Haec irritabilitas aegrum multum vexat. Nihilominus, tamen, frequens signum hujus morbi est, et, nisi sedata, morbum semper intendit. Tussis sicca cum insigni aegrotantis incommodo. Respiratio difficilis est, et quasi cum dolore tracta. Dolor summi humeri dextri adest, aut plenitudo, aut molestia a pressu in

(1) "Frequens singultus, et praeter consuetudinem continuus, jecur inflammatum esse, significat."—Vide Celsi de Medicina, lib. ii, cap. vii.

regione jecoris sentitur. Flavedo cutis, et macies cum anxietate magna (1) superveniunt.

Si interrogatus aeger, dixerit se cruditate ventriculi, anorexia laborare; alvoque astricta, flatu, vigilia nocturna, insomniis horrificis, dejectione animi, vexari; urinam subrubram cum difficultate et ardore redditam esse; paulo ante propria signa morbi accedebant.

Dolor, quum summum humeri dextri affligit in Europa existimatus est certum signum morbo proprium. In India, autem, rarius observatus est. Cum ibi accidit, optime sentitur ad finem posteriorem claviculae; et brachio moto augetur. In aegris ubi notum

---

(1) Vide "Johnson on the Influence of Tropical Climates on European Constitutions," second edition, p. 172, et seq.

Nobis magno gaudio fuisset verba scriptoris illius docti citare, nisi opera ejus utilissima in omnium manibus essent, qui medicinam excolere studiosi sunt. Satisfiat igitur nomen ejus memorasse.

fuit lobum sinistrum fuisse inflammatum, dolor versus summum humeri sinistri extendebat (1). Curtis dicit se vidisse aegrum, in quo dolor afficiebat utrosque humeros. Motus convulsivi, seu vellicationes et stupor nonnunquam humerum afficiunt (2); et torpor extremarum partium haud raro supervenit. In perpaucis, qui Hepatitide in India afficiuntur, morbus incipit a calore aucto, siti insolita, horroribus, pulsu frequente, dolore hypochondrii acuto versus scapulam tendente. Hoc non perpetuum est, nam in quibusdam morbus incidit, cum pyrexia, dolore hypochondrii, ad summum humeri tendente; decubitu in sinistrum latus diffici-

(1) "When the left lobe is affected, the pain is felt in the left shoulder."—Vide "Girdlestone's Essay on Hepatitis, and the Spasmodic Affections of India."

(2) "Dextra parte sub praecordiis vehemens dolor est; idemque ad latus dextrum, et ad jugulum, humerumque partis ejusdem pervenit: nonnunquam manus quoque dextra torquetur; horror validus est; ubi male est, bilis evomitur; interdum singultus prope strangulat."—Celsi de Medicina, lib. iv, cap. viii. De Hepaticis.

li (1); dolore a pressu maxime aucto; siti urgente; alvo adstricta, &c. Multo saepius haec signa obscura sunt. Calor autem et ariditas cutis adsunt simul cum ore glutinoso, siti, lingua foeda, aspera, et sordibus tecta, media praecipue et versus margines rubro colore tincta, vel ut in hominibus sanis observata, et pulsu frequenti. Haud raro aegri, praecipue pleni et plethorici, queruntur de somnolentia, dum in infirmis signa irritabilitatis imprimis adsunt.

Diarrhoea saepius primum signum est, et frequentius aliis signis in Hepatitide perstat, nisi morbus celerrime incidat. Dum aeger interrogetur, dicet dejectionibus frequentibus, mucosis, interdum sanguine mistis, tenesmo, et torminibus implicitum esse. Alvus

---

(1) " Cette douleur est accompagnée, dans cette derniere region, d'un sentiment de pesanteur qui augmente lorsque le sujet se couche sur le côté opposé, ou qu'il est debout."—Larvey Mémoires de Chirurgie militaire—Campagnes d'Egypte et de Syrie, tom. ii, p. 35.

nonnunquam comprimitur in Hepatitide, praecipue cum morbus celeriter accidit, nihil ex alvo per paucos dies dejecto. Nonnunquam vero profluvium ab intestinis diu remanet, et ad finem dejectionibus sanguineis, dejectis cum dolore ad imam partem abdominis. Profluvia intestinorum adeo frequentia sunt in India Orientali, et de vitiis Hepatis pendent, ut, cum solita remedia inefficacia sint, medici putare soliti sint, vel inflammationem vel suppurationem Hepati accedisse, vel ductus ejus ob inflammationem obstructos esse factos (1).

Intolerantia lucis observata est, ab amico Domino Coulter, chirurgo secundo in Gange-

---

(1) Andrews on Liver Complaints of the East Indies.

Girdlestone's Essay on Hepatitis and the Spasmodic Affections of India.

Clarke (Thomas) Observations on Fevers and Diseases of the East and West Indies, and of America.

Curtis' Account of the Diseases of India, &c. &c.

tica tellure (1), una cum pupillis plurimum contractis, et globo oculi paululum distento, atque sub pressu dolente, in quibusdam, praecipue in iis, qui ex Europa nuper venissent, atque Hepatitide bene designata impliciti essent.

Decursus hujus morbi valde incertus est, si pyrexia, seu signis acutis accedat, citius desinit, quam si haec abfuerint. Si morbus neglectus esset, vel remedia a medico male accommodata aegri conditioni, nonnunquam celerrime in suppurationem abit, etiamsi signa acuta desint.

(1) A quo has literas accepimus, cujus auxilio amicissimo plurima maximi momenti de Hepatitide Indica debemus, et cui nunc gratias habemus. "One symptom which I observed in this disease, was, considerable irritability of the iris, the pupil being in general much contracted: and I am not aware that this symptom has been mentioned by those authors who have written on the acute Hepatitis."

DE HEPATITIDIS CHRONICAE SIGNIS.

Fines, qui separant acutam a longa specie Hepatitidis, haud distincte definiuntur; altera in alteram, igitur, transire gradatim potest. Quum inflammatio in resolutionem abeat, partes non statim assumunt solitam conditionem firmam, sed pro tempore remanent infirmae, et ad speciem chronicam proclives.

Hepatitis Chronica ita a Culleno descripta est: "Haec saepe nulla quibus dignoscatur signa praebet; aliquando tamen eandem adesse suspicari potest, ex Hepatitidis causis quibusdam praegressis, ex sensu quodam plenitudinis et gravitatis in hypochondrio dextro, ex doloribus plus minusve pungentibus in eadem parte subinde perceptis, ex

dolore quodam a presso hypochondrio dextro, vel a decubitu in latus sinistrum sentito, et denique ex pyrexia leviori cum dictis signis subinde infestante."

Ita Hepatitis Chronica, ut in Europa apparet bene narratur; et signa haud multum differunt ab iis in regionibus calidis observatis. In aegris quibusdam, cum signa Hepatitidis acutae omnia submota essent, et solita valetudo restituta esset, laeves dolores lateris cum plenitudine et duritie hypochondrii aliquando sentiuntur. Dolor lateris facile augetur, praecipue intemperantia, compotatione, atque corpore ex frigore male affecto, &c.

Alvus varia est, nunc astricta, nunc nimis soluta; fastidium cibi; cruditas et dolores ventriculi; vultus pallidus anxiusque; animus demissus; macies; flavedo cutis, quae arida et constricta est; oculi hebetes et subfusci sunt; urina croceo colore est, cum ar-

dore reddita (1), immissa colore luteo tingens; faeces, alvo adstricta, vel pallidae, vel albidae sunt; et alvo tamen nimis soluta, mucosae, cum torminibus, tenesmo, comitatae, et nixu haud raro ejiciuntur. Febricula sub vesperam cum tussi et spiritu difficili subest; hepar tumefactum et durum est, et sub pressu dolet. Haud ita multo post, pedes ad vesperam tumescunt; qui mane multum minuuntur, vel diu manent; et verus fit hydrops.

Modo jam narrato morbus saepe accedit; in multis aegris autem signa Hepatitidis Chronicae diu tam leniter, et ambigue, perstant, ut vix ab aegro percipiantur. Sensus gravitatis et anxietatis circa ventriculum

---

(1) "This appearance, (high coloured urine), by the bye, never fails to attend liver disorders of any standing."—Copy of a Letter from Dr Paisley, on the Peculiar Diseases and Morbid Constitution of India.—Curtis' Account of the Diseases of India, p. 191.

praecipue post pastum, cum languore et nonnunquam cum flatu, et alicujus celeriter movendi sensu est; et post exercitationem etiam levissimam somnolentia; somnus autem non refecit aegrum, saepe per dira somnia ruptus. Dolor in uno vel altero latere nonnunquam sentitur; decubitus in quovis latere facillime tolerandus; animus morosus, irritabilis, nugis occupatus et permotus est.

Signa putantur oriri a prava concoctione ciborum; falso autem, nam ventriculus male se habet ob consensum ejus cum jecore. Alvus inordinata est; appetitus cibi saepius deficit; nonnunquam tamen mirum in modum augetur. Aeger amorem societatis prius ei solitum, et naturalem amittit; solitudini se recipit. Mala maxima ex causis inaequis et levibus oritura formidat; omniaque pessima ex sensu quodam insolito augurat. Vultus anxius, et quasi perturbatus cum obscuro aureo, et interdum albido colore oculorum,

qui dolent, et distenti quasi mane sentiuntur, palpebris praecipue elevatis. Cutis arida et constricta est. Vespere nonnunquam calor et ariditas palmarum et plantarum adsunt. Lingua est albida. Motus intestinorum aliquando deficit; aliquando nimius est. Dira somnia somnum saepe subito et cum terrore rumpunt; vel post placidum somnum aeger expergefacit nihil refectus. Conqueritur de languore, lassitudine, et molestia ex motu corporis. Susurrus eum trepidat. Dolor hypochondrii, et summi humeri dextri, cum plenitudine lateris et ad scrobiculum cordis sentitur. In quibusdam dolor obtusus ad summum humeri accedit, macies insignis, vultus pallidus, faeces albidae et parciores, quam solitae, oedema pedum et talorum accidunt.

Signa, autem, memorata, pro tempore adeo lenia sunt, ut vix observentur, donec aliqua ex causa exasperantur. Morbus non-

nunquam longa sub forma diu permansit; et, cum aeger intemperantiae, &c. se exposuisset, inflammatio acuta celerrime incitata est (1). Doctor Paisley mentionem praecipuam de *Tussi Hepatica* facit, quae aliqua inflammatione, et dolore raro acuto, nisi sub pressu, aut cum membrana externa Hepatis inflammata esset, comitatur. Interdum tamen, dolore et inflammatione absentibus, accidit, ut tussis prorsus symptomatica sit, signumque morbi fallax evadat (2).

---

(1) "From the history of this disease, it will appear not to be so acute as is generally imagined; but that it may, and very often does, continue in a chronic state, for weeks, months, sometimes years, and becomes suddenly acute by intemperance in drinking, or the improper use of mercury."—Girdlestone, op. citat. p. 92.

(2) "The cough is entirely a symptomatic complaint, and is the misleading symptom of the disease." "The patient pronounces his case a cold, and is put on a course of ineffectual pectorals, takes exercise, and shifts his situation for health, until his liver either suppurates, or becomes a mass of irrecoverable obstructions. In every irritable or inflammatory habit, any mistake at the commencement of the disease, is of the most dangerous consequence. The liver, diaphragm, and lungs, adhere and suppurate. A purulent spitting succeeds; and instead of a pure uniform pus, the substance of the liver is expectorated, with a deep hollow cough, in form of glandular

DE HEPATIS SCIRRHOSI SIGNIS.

SCIRRHUS Hepatis, uti vulgo appellatur, saepe Hepatitidi longae supervenit. Hepar durum saepe fit, cui titulus scirrhus Hepatis est. Haud multum differentiae est inter signa Hepatitidis chronicae et Hepatis scirrhosae. In multis aegris, autem, difficillimum est discernere an scirrhus accederit necne, nisi aeger adeo extenuatus sit, ut hepar facile sentiri possit. Hoc difficillimum et saepe prorsus impossibile est, quia hepar cum scirrhus adest, plerumque non augetur, sed potius minuitur. Saepe, nullis signis praegressis, scirrhus cadaveribus inspectis repertus fuit.

---

membranes, of a purplish bloody parenchymatous look."—Paisley on the Peculiar Diseases and Morbid Constitution of India.—Curtis, op. citat. p. 198.

Portal Observations sur les Maladies du Foie.

DE HEPATITIDIS FINIBUS.

Hepatitis in resolutionem, suppurationem, et scirrhum, desinere potest; et Hepatitidem in Gangraenam seu Sphacelum transire narratum fuit.

Resolutio.—Resolutionem futuram sperare liceat, ubi signa sunt mitia et sub idonea curatione minuantur; dolore minuto, si pulsus tardior et mollior movetur; si respiratio expedita et sine dolore tracta, si ventriculus et intestina functionibus rite perfungi incipiunt, si anxietas faciei decedit; si hydrargyrus afficit aegrum, cum enim aliis junctus, si tempestive adhibeatur, os salivae plenum, et gingivae mollientes et dolentes facit, quae signa corpus probe infectum esse testantur; causa est nobis credendi morbum subactum esse, et felicem ad exitum perductum. Ita-

que cum signa partis et totius corporis decedunt, et pars inflammata ad solitam conditionem redit, structura et functionibus nil depravatis, a medicis dicitur inflammationem in resolutionem transiisse.

Suppuratio.—Nisi inflammatio in resolutionem cito convertatur per idoneas rationes medendi, celerrime in suppurationem transit. Duratio, autem, morbi maxime incerta est, et in nonnullis protrahitur paucas per hebdomadas, et tandem haud in suppurationem transit.

Si morbus diu immotus remanet, etsi idoneae rationes medendi adhibitae sint, si pulsus haud tardior fit, sed plenior et validior perstat, si indicia febris non mitescunt, et si signa corporis affecti hydrargyro non apparent, timendum est ne in suppurationem transeat. Ubi suppuratio incidit; pars vel totum corpus vicissim modo inhorrescit; mo-

do exardet; urgens sitis; rubor faciei: sensus doloris seu gravitatis in hypochondrio dextro; urina rubra et parca est, pulsus tardior et mollior, in nonnullis, autem, plenior et frequentior fit. Licet concludere pus jamjam formatum esse, ubi rigores et horrores alternis vicibus accedunt, quibus superveniunt fervor temporarius, et febris acuta. Haec signa plerumque nos docent suppurationem esse perfectam, atque pus maturatum; praesertim si dolor praegressus esset. Postea dolor imminutus, obtusus seu obscurus fit; tussis et dyspnoea augentur, cum notabili exacerbatione febris vespertinae, rubore faciei, plerumque cum sudoribus nocturnis, et aliis signis febris hecticae.

Haud raro, sectis cadaveribus, ubi nulla suppurationis signa praegressa essent, pus in abscessibus jecinoris repertum est. Pus diversis effunditur viis, et plerumque hepate ad partes circumjacentes adhaerente, in

thoracem infunditur, septo transverso ad jecur agglutinato et exulcerato; in pulmones, cum inflammatio praegressa hepar septo transverso, hocque invicem pulmonibus, conglutinasset, exinde tussiendo pus exspuitur, raro bile mixtum. Neque desunt exempla aegrorum, qui suffocati essent abscessu subito rupto: rarissime in pericardium irruptum est, hoc autem nosmet ipsi bis vidimus (1). Pus nonnunquam etiam effunditur inter musculos abdominis, et, post longum circuitum inter musculos dorsales et intercostales exitum sibi invenit (2). Si pars jecoris concava

---

(1) Clarke on Diseases of the East and West Indies, and of America.

(2) "Les abcès du foie se sont ouverts postérieurement entre les muscles du bas-ventre, et après avoir fait de longues fusées entre les muscles dorsaux et intercostaux, se sont ouverts extérieurement et postérieurement une rôute par des fistules que l'art a quelquefois peut guérir."—Vide Portal, Observations sur la Nature et le Traitement des Maladies du Foie, p. 283.

"On a aussi reconnu dans un cadavre destiné a mes démonstrations anatomiques, un abcès énorme du foie qui, après avoir contracté une adhérence avec le péritoine, s'etait ouvert postérieurement entre les

laborasset, propter adhaesiones pus vel in ventriculum, vel intestina infundi potest, et in haec quoque, a pure per vias biliarias ad ductum communem choledochum transeunte et ita in intestinum duodenum. Pus interdum in abdominis cavitatem prorumpit; et tum dira mors aegrum cito abripit (1). Ubi pars convexa jecinoris affecta esset, et cum sedes abscessûs vicina fuit parieti abdominis, adhaesione inter hepar et musculos abdomi-

---

muscles des lombes et du bas-ventre, et dont la matière purulente avait fusé le long de côtes jusqu' aux aisselles."—Portal, op. citat. p. 223.

Opus de Portal optimam collectionem casuum de structura hepatis morbida continet.

" Bajon assure avoir vu le pus s'étendre jusque dans la cuisse, et y former un vrai dépôt par congestion."—" Richter a inséré aussi, dans sa Bibliothèque chirurgicale, la relation d'un dépôt hépatique dont le pus se rassembla dans la région de la hanche droite."—Dictionaire des Sciences Medicales, sub cap. " Hepatite."

(1) " La mort suit de près cet accident que j'ai vu arriver plusieurs fois; c'est pourquoi il faut se hâter de faire l'ouverture de l'abcès."—Larrey, op. citat. p. 40.

" Ou bien l'abcès s'ouvre dans le bas-ventre, et ces dépôts sont alors mortels."—Vide Observations sur la Nature et le Traitement des Maladies du Foie; par Antoine Portal, 8vo, Paris, 1813.—Vide quoque Morgagni de Sedibus et Causis Morborum.

nales facta, pus inde exire potest. Dum convexa pars laborat, et sedes suppurationis vicina est superficiei jecoris, abscessus haud raro extrinsecus assurrexit, et manu imposita, tumor mollis et fluctuans sentitus est. Qui infra costas nothas, vel inter eas et scrobiculum cordis; et revera versus fines costarum sinistrorsum in aliis; in aliis retrorsum inter costas ponitur. Tumor modo subito surgit et bene dignoscitur: modo apicem vix extrinsecus ostendit; sed plenitudo ibi observatur, vestigio digiti subito evanescente; et pure nonnunquam formato, longe antequam extrinsecus aperuit abscessus (1).

---

(1) Dictum est pus exire posse. " Par l'ombilic. Smettius (Miscellan. p. 569) cité par Ploucquet, indique cette voie." " Par la veine ombilicale."—" Dans la veine cave. Cette voie est admise par James (Dict. t. iv, p. 252.) Le pus, suivant lui, après avoir corrodé des vaisseaux sanguins, passe dans cette grande veine."—Vid. Dictionaire des Sciences Medicales, sub cap. " Foie."

DE GANGRAENA ET SPHACELO.

Gangraena hepatis habita est, ut terminatio communis Hepatitidis, a scriptoribus practicis, et a quibusdam quidem utpote, quod saepe vidissent (1). Ratio autem, in qua tales casus descripti sunt, dubium relinquit, an casus, quos vidissent, revera fuerunt Sphaceli aut Gangraenae jecinoris; aut an, quod verisimilius videtur, quae descripsissent, non erant ea, quae ex effusione et decompositione post mortem acciderent; aut e morbo peculiari hepatis, in quo sibi colorem lividum sumit, molle et ruptu facile evadit. Itaque dubitare licet, an gangraena ita se habeat; aut saltem, si ita est, multo rarior est, quam vulgo putatum.

---

(1) Vide Morgagni de Sedibus et Causis Morborum.—Bonetus Sepulchretum Anatomicum.—Lieutaud Historia Anatomico-Medica. —Portal sur les Maladies du Foie, &c. &c.

Quum nemo anatomicorum usu peritorum Londinensium aut Edinensium talem hepatis conditionem unquam vidit, Doctor Baillie, Domini Cooper, Brooks, Wilson, Bell, Brodie, &c. in Londino: et Doctores Monro, Thomson, Gordon, Barclay, in Edinburgo eam nunquam viderunt; quantum egomet intelligere potui, qui medicinam in India faciunt, ne hepar unquam in Gangraenae conditione detexerunt (1).

In variis corporis partibus, ut inter omnes constat, mors inflammatoriâ affectione prius inducta esse videtur, quam partes in Gangraenae statum transeant.

Sunt partes corporis, quae in Gangraenam non transeunt; vel saltem parum adhuc in statu Gangraenae monstratae sunt. Hinc

(1) " It has not been clearly ascertained, that inflammation of the liver terminates in mortification or Gangrene."—Vide Rees's Cyclopaedia, sub cap. Hepatitidis.

pulmones a quibusdam auctoribus, Gangraenâ affecti, detecti sunt; Anatomici vero hodierni usu experti, an pulmones unquam ea impliciti sint, nisi pars eorum strangulata sit, dubitârunt.

Dubitandum est, an renes unquam detecti sint Sphacelo corrupti.

Sphacelus ventriculi non accidit, nisi cum venena sumpta essent.

Inflammatio cerebri spontanea non in Sphacelum desinit. Nulla exempla accurata sunt cordis in Sphaceli statum abeuntis (1).

---

(1) Vide Thomson's Lectures on Inflammation, Ed. 1813, p. 515, et seq.

DE DIAGNOSI.

Hepatitis quosdam morbos nonnunquam simulat adeo ut, hepar necne laboret, dictu difficile sit; hi vero sunt. Pneumonia, Gastritis, Enteritis, Colica, Dyspepsia, et Distentio vesiculae fellis.

Pneumonia.—Hepatitis a Pneumonia ita discernitur; in hac dolor maxime augetur, dum aeger cubat in latus affectum; in illa autem dolor a decumbendo in latus affectum minuitur: in Pneumonia dolor ab inspiratione plena et haud a premente manu intenditur; febris vehementior ardet; spiritus gravior; tussis crebrior; sputum uberius est, et saepe cum sanguine mixtum. In Hepatitide Britannica dolor ad claviculam et summum humeri dextri extendit; sed in India raro accidit. Vultus anxius est, et

nonnunquam aureo colore tinctus, simul cum cute: profluvium intestinorum plerumque adest. Febris haud adeo ardet; et tussis sicca est. Nonnullis autem Pneumonia et Hepatitis simul accedunt.

Gastritis.—Hepatitis a Gastritide dignoscitur, dolore haud augendo rebus in ventriculum receptis; cibo, potu, et medicamentis sumptis vomitum non protinus incitantibus, quo ejiciantur. Viribus haud concedentibus—dolore in nonnullis ad summum humeri extendente, et dolore a presso hypochondrio. Ubi irritabilitas supra narrata supervenit, historiam morbi studere oportet.

Enteritis et Colica.—In Enteritide dolor abdominis pungens, circa umbilicum torquens, sitis insatiabilis, calor auctus, alvus adstricta, vires multum imminutae sunt. Colica plane urgere cognoscitur, si aeger haud febricitat, si dolor circa umbilicum torquet,

si pulsus, haud frequentior, interdum tardior fit, si vires haud conceduntur, et musculi abdominis retrahuntur adeo, ut globi exigui ventrem intendere videantur. In Hepatitide dolor in hypochondrio dextro sentitur, pulsus frequens, et alvus purgantibus facile movetur; in India autem fluxus intestinorum plerumque adest.

Dyspepsia.—Haud raro dictu difficile est, an ventriculo an jecori malum incumbat. Hepatitis Chronica haud raro Dyspepsiam simulat, et revera saepe conjunguntur. In Dyspepsia decubitus in sinistrum latus non difficilis est, nec hypochondrium dextrum sub pressu dolet, nec ad summum humeri dextri dolor adest, nec luteus color cutis.

Necesse est, autem, in memoriâ habere, quod adventus hujus morbi cognosci potest solum, concursum totum indiciorum obser-

vando; quia haud raro accidit, signa maxime conspicua deesse.

Distentio vesiculae fellis.—Ab iis auctoribus, medicinam optime facientibus, mentio vix ulla de periculo confundendi distentionem vesiculae fellis bile cum abscessu hepatis. Dominus Petit discrimen hujus indicavit, atque diagnosin statuere conatus est. Partem ejus dissertationis utilissimae inserere licet; et speramus modum rei tractandae et utilitatem ejus apologiam nostram pro citatione adeo longa factura esse. "Il faut observer d'abord, que l'abscès au foye, et la rétention de la bile dans la vésicule du fiel, étant le plus souvent les suites de l'iuflammation de ces parties, il n'est pas étonnant que les préliminaires de ces maladies soient les mêmes." "Si cette ressemblance de symptômes est capable d'en imposer, une comparaison exacte et réflêchie peut y faire remarquer des différences, à la vérité diffi-

ciles à saisir d'abord, mais cependant suffisantes pour fonder un juste discernement."

" En effet la diminution de la douleur et de la fiévre ne sont pas moins de signes de la résolution commencée, que de la suppuration faite ; mais on remarquera, 1°. que la douleur qui a dû être égale dans les deux maladies, lorsqu'elles n'étoient l'une et l'autre qu'inflammation dans son état, et encore disposée autant a la suppuration qu'a la résolution, a augmenté pendant que l'abscès se formoit, et a diminué au contraire pendant que la résolution se faisoit, et que la bile s'engorgeoit dans la vésicule du fiel. 2°. La douleur qui accompagne la suppuration est ordinairement pulsative, et cette espéce de douleur n'accompagne point les tumeurs de la vésicule du fiel, puisqu' elles n'arrivent pour l'ordinaire que lorsque l'inflammation du foye se termine par résolution. 3°. La douleur diminue bien plus prompte-

ment lorsque les apostémes se terminent par résolution, que lorsqu'ils se terminent par suppuration. 4°. La diminution de la douleur, en consequence de la résolution, laisse le malade dans un état satisfaisant et d'espérance, au lieu que malgré la diminution de la douleur, en conséquence de la suppuration faite, le malade est toujours dans un abattement, et dans un malaise qui fait tout craindre."

" Le frissons irréguliers qui se trouvent à l'un et à l'autre différent encore. 1°. En ce que ceux qui accompagne la formation de l'abscès, sont plus longs que ceux qui sont causés par la rétention de la bile. 2°. Dans les premiers le pouls est petit, et il en devient d'autant plus élevé lorsque le frisson cesse. 3°. Le frisson de suppuration est suivi de chaleur, puis de moiteur ; et après le frisson causé par la rétention de la bile, la peau est séche : aussi peut-on regarder celui-ci, non

comme un vrai frisson, mais comme une irritation passagére que la bile répandue fait sur les membranes et autres parties nerveuses." " La tumeur causée par l'abscès différe de l'autre. 1°. En ce qu'elle n'est point circonscripte; elle paroit comprise dans l'enceinte des parties voisines, et pour ainsi dire confondue dans les tégumens, qui pour l'ordinaire sont oedémateux, au lieu que la tumeur faite par le gonflement de la vésicule du fiel est exactement distincte et sans confusion, parce qu'il est rare qu'elle soit accompagnée d'oedême. 2°. La tumeur formée par la vésicule du fiel est toujours placée au dessous des fausses-côtes, sous le muscle droit; mais la tumeur de l'abscès au foye n'affecte aucune situation particuliere, et peut occuper indifféremment tous les points de la région épigastrique.

Enfin, la fluctuation, ou le flot du fluide renfermé dans ces tumeurs se manifeste dif-

féremment. 1°. La fluctuation en conséquence de la bile retenue dans la vésicule du fiel, s'apperçoit presque subitement ; au lieu que celle de l'abscès est très long-tems avant que de paroitre. 2°. On soupçonne celle-ci long-tems avant que de la trouver ; et l'autre, le plus souvent, se montre avant qu'on l'ait soupçonnée. 3°. La fluctuation de la tumeur bilieuse, dès le premier moment n'est point équivoque, au lieu que celle de l'abscès, surtout dans son commencement, est telle que dans le nombre des personnes qui examinent et touchent l'abscès, les sentimens sont partagés : il s'en trouve qui doutent s'il y a fluctuation. 4°. La fluctuation de l'abscès n'est d'abord apparente que dans le centre de la tumeur, et chaque jour, à mesure que la suppuration augmente, la fluctuation s'étend à la circonférence, au lieu que la fluctuation de la tumeur de la vésicule du fiel est, dès le premier jour, presque aussi manifeste dans la circonférence que dans la centre :"—" 5°.

A quelque dégré que soit portée la suppuration de l'abscès au foye, la circonférence en est toujours dure et gonflée ; et au contraire la tumeur de la vésicule du fiel, lorsque l'inflammation a cessé, n'a pour l'ordinaire aucune dureté ni gonflement à sa circonférence." (1)

DE PROGNOSI.

Signa hujus morbi in India adeo ambigua sunt, ut saepe priusquam cognoscitur, infelicem exitum habet. Spatium morbi valde incertum est. Haud raro perpaucas hebdomadas perstat, sine suppuratione, aut sine structura organica laesa, quae aegrum oc-

---

(1) Vide " Remarques sur les Tumeurs formées par la bile retenue dans la vésicule du fiel, et qu'on a souvent prises pour des abscés au foye, par M. Petit."

Memoires de L'Académie Royale de Chirurgie, tom. i.

cideret. Si cum pyrexia incipit, seu signis acutis, celerius desinit, quam cum accessio tardior est, atque haec desunt. Signa maxime fausta sunt, ubi indicia febrilia conquiescunt; aureus color, anxietas, et moeror vultus decedunt; ubi vires haud multum fractae sunt; sitis minuitur; cibus appetitur; profluvium intestinorum, tenesmus, et tormina, imminuantur; et ubi signa corporis affecti cum hydrargyro apparent. Dominus Curtis dicit, "Where the circumstances were tolerably favourable, we succeeded in almost every instance in curing it." (1) Hoc in loco verbis uti liceat Jacobi M'Gregor, quae ad rem plurimùm attinent, "Whenever the gums are hard, and insensible to the effects of mercury; when instead of a salivation, they are red, painful, spongy, or blue, the prognosis is very unfavourable; in ninety of

---

(1) Curtis on Diseases of India, p. 108.

such cases out of the hundred we lose our patients." (1)

Casus contractione pupillarum comitati multo saepius convaluerunt.

De Suppuratione.—Quum inflammatio non cito minuitur, idoneorum usu remediorum, celerrimè in suppurationem transit. Abscessus nunc unus, nunc duo, vel plures pleni pure formantur. Abscessus, (apostema hepaticum (2), cum ejus apex extrinsecus assurrexisset, saepe feliciter apertus fuit; si pus in ventriculum vel in intestina effunditur, haud raro felicem exitum habet; si in thoracis cavitatem, aeger plerumque perit; sed nonnulli, pure in pulmones irrupto, ad sanitatem redacti fuerunt; si pus in abdomen, dira necessitas fere semper aegrum abripit.

---

(1) Sir J. M'Gregor's Medical Sketches, p. 178-9.

(2) Vide A Physiological System of Nosology, by J. M. Good, F. R. S. &c.

DE INCISIONE CADAVERUM.

Membrana hepatis externa nonnunquam sed raro inflammatur, dein crassior, mollior, refertaque est multis vasis minutis sanguinem vehentibus. Haec autem raro accidit sine inflammatione substantiae jecoris. Lympha coagulabilis effusa ex superficie membranae, jecur nonnunquam conglutinat partibus vicinis. Jecur ipsum inflammatum exhibet purpureum colorem, et largius, duriusque est. Thorace inspecto, vestigia inflammationis saepe observantur. Inflammatio Hepatis in regionibus calidis praecipue in suppurationem abit (1); et abscessus modo

---

(1) " Porro videretur abscessus hepatis distinctos et separatos frequentiores esse in Orientali quam in Occidentali hemispherio."—Dissertatio Medica Inauguralis de Hepatitide, auctore J. G. Bovell, 1797.

exigui, modo adeo ampli sunt, ut totum jecur in saccum, ad pus continendum, quod generatum esset, conversum esse videatur (1). Jecur septo transverso jungitur, et hoc exulcerato pus in thoracem effunditur. Jecur, septum transversum et pulmones inter se inflammatione commissa sunt, quibus exulceratis, pus in pulmones infunditur. Pus rarissimè in pericardium effusum repertum est. Pus ductus biliarios sequi detectum est; et viae quoque per quas in hos transierat, manifestae fuerunt. Pus tamen per varia itinera erumpit, et tum signa morbida multum variabunt. Hepar interdum ventriculo, interdum intestinis adhaesit.

---

(1) Interdum observatum est abscessus in hepatibus canum in India repertos esse. Dominus Venour, maritus sororis nostrae, (chirurgus praesidii apud Bengal,) cui gratias nunc agimus pro ejus consiliis amicissimis, nobis mentionem fecit se in aliis canibus, nunquam vero in levipedibus, eos saepe vidisse.

In Hepatitide Chronica mortuorum incisio.—Initio morbi hepar non solum in magnitudine sed etiam pondere augetur. Aliquando equidem adeo amplificatur, ut majorem ventris partem et hypochondrium sinistrum, pariter ac dextrum, omnino impleat, viscera plurimum premat, et impediat quo minus officiis rite fungantur. Et tum etiam abscessus exigui in substantia ejus interdum detecti sunt. Haud ita multo post, minuitur, et cinereo seu fraxino colore fit; figura ejus mutata, inferior pars convexa est, et praeter naturam induresit (1). In quibusdam aegris, diu Hepatitide laborantibus, nonnunquam ad dimidium imminuitur. Tumores exigui, inter se contigui, figurâ rotundâ, molem jecinoris fere totam occupant (2), et superficiem

(1) " L'Hepatite chronique a des modes différens de terminaison. 1o. Par suppuration."—" 2o. Par squirrhe, engorgement, induration." —" 3o. Par productions des tissus différens."—Vide Dictionaire des Sciences Medicales, sub cap. " Foie."

(2) Hepate inspecto, quod e corpore vetulae excisum erat, cum cadavera incidebamus in " L'Ecole de Médecine a Paris," erat tuber-

ejus undique inaequalem reddunt (1). Hi tumores, jecinore inciso, constare videntur e materia pellucida, aut subflava et fusca. Hepar ipsum, cum inciditur, saepe subflavum colorem ostendit; quod cum adfuit, medici hepar scirrhosum dixerunt (2). His saepe ascites accedunt (3), aqua ejus habente fla-

---

culis bullatum descriptioni tuberculorum circumscriptorum statu incipiente a Doctore Farre traditae respondentibus. Centrum versus lobi dextri in superficie convexa vestigium rotundum, sectione aurantii communis longius, simile cicatrici observamus, (nulla cicatrix tamen in integumentis conspicua erat.) Hoc separato, cystum amplum detegebamus, qui substantiam pancreati haud absimilem cum colore leniore rubro, et striis sanguinis concreti continebat. Cystus erat texturae densae et haud ita tenuis. Doctor Joannes Bell, amicus noster hunc casum quoque vidit.

(1) Vide The Morbid Anatomy of the Liver, by J. R. Farre, M. D. The Morbid Anatomy of some of the most important parts of the Human Body, by M. Baillie, M. D. &c.

(2) Saunders on the Structure, Economy, and Diseases of the Liver.

(3) In corpora eorum incidendo, qui affectionibus hydropicis extincti essent seu hepate morbido, seu aliis causis adductis, saepe observabamus vasa vasorum super arterias venasque magnas multo largiora et evidentiora esse visu, quam in aliis corporibus. Cum hoc primum vidimus, corpus mulieris incidebamus, quae ascite ob hepar auctum et tuberculatum occisa esset. Ab eo tompore iterum iterumque eadem vasa plurimum aucta in hydrope generali notavimus, idemque nostro amico Doctori Joanni Bell, dum in Parisiis cadavera incidebamus, monstravimus.

vum colorem, et icterus etiam; quia bilis, jecinore duro tubulos biliarios premente, non in ductum hepaticum influere potest, ideoque in intestina et vesiculam fellis transire nequit; cutis sibi colorem croceum sumit diuque manet, utpote quod de statu hepatis morbido pendeat. "Is color," inquit celeberrimus Heberden, "tum solum accedit ubi scirrhi sic siti sunt, ut bilem contendentem in intestinum impediant."

Hydatides interdum ab incisione hepatis detectae sunt (1); nulla autem signa ante mortem nobis praesentiam earum satis indicant. Interdum jecur praeter naturam molle visum

---

(1) "The diseased appearances of the liver, as occurring in India, are generally confined to suppuration, or induration, the legitimate results of a preceding inflammation. The different species of Tubera described by Dr Farre, are by no means a common occurrence in that climate; and the existence of hydatids in the liver is very rare."—Vide Practical Observations on Fever, Dysentery, and Liver Complaints, as they occur among the European Troops in India, &c. by George Ballingall, Esq.

est; quod multos in errorem duxit, qui id esse Gangraenam aut Sphacelum credide-runt (1).

"De hoc multi multa—nemo satis."

DE CAUSIS.

Multum, et haud immerito, dictum est a medicis de calore Indico, ut causâ Hepatitidis, et causa est bona opinionis ejus habendae. Hoc eo minus mirabile erit, cum nobiscum reputamus, quantùm temperies calida bilis secretionem afficiat. "Increased," inquit Doctor Saunders, "and vitiated secretion of bile, are the spontaneous effects of a warm climate on healthy constitutions, in-

---

(1) Conditiones morbidae jecinoris aetate infantili tantam attentionem attraxisse non videntur, quantam gravis natura rei meruit. In corporibus mortuis infantum incidendis hepar morbidum saepe numero observavimus; signa autem, quae in iis casibus sese in vita ostendissent, ignorabamus.

dependent of any intemperance." Doctor Johnson quoque his verbis utitur, "In hot climates, indeed, I have thought that an inflammatory state of the liver was sometimes induced, or at least increased, by the acrimony of its own secretions." Calor per se non causam primam esse videtur (1). Calor autem humori junctus (2) haud raro hunc ef-

---

(1) "For the last eighteen months, in the hot season, the men were daily marched two miles to the fort of Bombay, were much exposed to the sun on the garrison duty, and, in the heat of the next day, were marched back to *Culaba*. Yet it appears, by the tables of both years, that the hot months were, caeteris paribus, the most healthy. If heat be noxious, something in this instance obviated its effects. Was this exercise? An instance in point, though not within the date prescribed, will illustrate this. In June and July 1801, the degree of heat, on a march of 150 miles over the sandy desert of Thebes, and on the banks of the *Nile* in *Upper Egypt*, was extreme. I have seen the thermometer, in a soldier's tent, at 118°. The soldiers had, at the same time, to combat with severe duty, from being without native followers, and the effects of the pernicious drying wind peculiar to the country; yet, under all these circumstances, the health of the troops was equal to what it had been at any former period in India. *Heat of itself, then, does not appear to be the principal cause of the prevailing diseases.*"—Dr M'Gregor on the Diseases of the 88th Regiment in Bombay. Edinburgh Medical and Surgical Journal, vol. i, p. 278.

(2) "Heat and moisture, uninterrupted," ait Moseley, "are not

ficit morbum, saltem frequentissime in regionibus humidis apparet. In Persia et Arabia aegri hepatici minus frequenter conspiciendi sunt, quàm in Gangetica tellure, et saepius in inferioribus quàm in altioribus locis ex Hindostan.

Frigus humori junctum, et suppressio etiam exhalationis per cutem (1), saepe gignunt Hepatitidem. Corpus subito vicissitudinibus coeli, expositum (2); vehemens et diu-

---

the cause of so much mischief as is attributed to them; for they carry a powerful remedy with them, which is perspiration. The mischief they produce is, that they dispose the body from the slightest impressions from cold; and, however paradoxical it may appear, cold is the cause of almost all the diseases of hot climates, to which climate alone is accessory."—Moseley on Tropical Diseases, and the Climate of the West Indies.

(1) Doctor Johnson multum laborem sumpsit, ut consensum *cutaneo-hepaticum* explicaret.—Vide Johnson on the Influence of Tropical Climates, &c.—on the Influence of the Atmosphere, on the Health and Functions of the Human Frame.

(2) " The thermometer continued to fall, and, before the middle of the month, we felt that the cold season had fairly set in. The mercury had an extraordinary wide range from 68°, 50°, to 130°, in the open air. Such a variation of climate in one day, and in one situation,

turna exercitatio, hunc morbum efficiunt. Doctor Clarke has observationes facit, "Amongst Europeans who undergo much fatigue, and particularly amongst the military, the hepatitis, swellings and obstructions of the liver, are very frequent diseases." (1)

Effectus animi deprimentes; intemperantia; ebrietas (2); cibos nimios sumere post jejunium longum, ab auctoribus pro causis Hepatitidis habita sunt. Jecur ipsum violatum ictu inflammatione corripitur.

---

we expected would have been attended with proportional sickness. The mornings were foggy, raw, and cold. From seven to ten o'clock in the morning, the wind was hot, dry, and scorching."—" The middle of the day was refreshed by the prevailing wind; but the evenings were very damp, and much dew fell."—" More cases of Hepatitis appeared than in either of the two former months."—M'Gregor on the Diseases of the 88th Regiment in Bombay, op. citat. p. 271.

(1) Clarke, J. on Long Voyages to Hot Climates, &c. p. 81.

(2) In nostra Britannia speciem chronicam plerumque videmus inductam ab usu liquorum spirituorum; nisi homo frigori, &c. objectus esset, cum species acuta facile excitabitur. Hinc rhedarii signis Hepatitidis Chronicae laborantes exeunt, et humori et frigori magno coeli diu expositi inflammatione acuta implicantur.

HEPATITIS CUM ALIIS MORBIS CONJUNCTA.

Inflammatio hepatis non raro homines invadit, qui eodem tempore aliis morbis laborant; hinc morbi quidam, unus in alio niti existimati sunt.

Cum Febribus.—In omnibus febribus, quae idiopathicae appellatae sunt, hepar cum accurate post mortem inspectum esset, praesertim in regionibus calidis, vestigia inflammationis haud raro ferre repertum est.

Cum Pneumonia.—Supra dictum est Pneumoniam et Hepatitidem haud raro eundem hominem eodem tempore corripere. "Sarcone observa de même à Naples, en 1764, une épidémie dans laquelle l'hépatite était compliquée avec la péripneumonie." (1)

(1) Dictionaire des Sciences Medicales, sub cap. "Hepatite."

Cum Dysenteria.—In multis scriptis medicorum optimis, mentio de vestigiis inflammationis in jecinore facta est aegrorum, qui Dysenteria interempti sunt. Doctor A. Robertson nuperrime mentionem hujus in sua dissertatione inaugurali, de Dysenteria Regionum Calidarum, fecit. "Inflammationem (ait Doctor Robertson) hepatis cum sequelis suis, in hoc morbo semper extitisse omnis cadaverum examinatio mihi luculenter monstravit." Contra, hepar saepenumero sanum repertum est.

Cum Diarrhoea et Cholera.—Notae jecinoris inflammationis aliquando detectae sunt, cadavere inspecto eorum, qui diarrhoea et Cholera mortui essent.

Cum Injuriis.—Signa inflammationis hepatis injuriis capitis supervenientia ab auctoribus praecipue notata sunt. Inflammatio ejus tamen post injurias aliarum partium

quoque accidit. Nosmet ipsi abscessus hepatis in uno homine vidimus, cujus femur ferro excisum erat, etiamsi nulla signa ante mortem talem effectum indicabant. *Dominus Hennen* casum hujusmodi narravit post amputationem femoris. *Biot* de casu rustici, mentionem facit, qui in pede vulneratus esset, quo ossa quaedam ex tarsalibus et metatarsalibus fracta erant, in quo homine hepar in statu suppurationis et gangraenae repertum est. *Larrey* dicit, cadavere ducis *Caffarelli* inspecto, qui post amputationem brachii sinistri mortuus esset, se abscessum magnum in jecinore, alterumque in pulmonibus reperiisse.

Multi casus abscessûs in hepate *Domino Curtet* se ostendebant in nosocomio militari apud *Brussels* post praelium illustrissimum apud *Waterloo* factum, in corporibus eorum qui a vulneribus in variis partibus acceptis mortui essent.

In qua relatione tales casus inter se habeant, ut causae et effectus, statuere non possumus.

Quibusdam appareat, fortasse, mentionem aliorum casuum sub hoc capite fieri potuisse; et revera multi plures scriptis traditi sunt; de iis tamen maxime conspicuis et frequentibus cum Hepatitide complicatis mentionem fecimus (1).

Numerus auctorum, ad quos subinde re-

---

(1) Casus solummodo a nobis memorati sunt, in quibus signa evidentia hepatis inflammationis detecta sunt inciso cadavere. Si morbos tractavissemus, qui ex functionibus perturbatis oriri vulgo existimantur, multo plures enumerare potuimus; nam hodię multos ad systema biliare aeque commune est, ac olim ad nervosum fuit, referre. Dr Mills nuper edidit librum denominatum, "An Inquiry into the Effects produced on the Brain, Lungs, and other Viscera, and on the Nervous System, by Diseases of the Liver," in quo nullae cadaverum incisiones dantur. Multi casus ex his a Whyttio ad genus nervorum relati essent; a Hamiltonio nostro ad errores intestinorum; ab Abernethio ad conditionem pravam organorum concoctionis. Nostris temporibus quidem bilis est instrumentum potentissimum; ideoque morbus omnis cui sedes non est facilis visu, in hepate nitatur oportet. Sed "Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim."

fertur in sectionibus supra scriptis, adeo magnus est, ut singulos vix citare possimus. Multi casus in operibus et antiquis et recentibus scripti sunt de omnibus ad rem nostram pertinentibus.

DE METHODO MEDENDI.

—"Non eadem omnibus, etiam in similibus casibus, opitulantur." "Quin etiam morborum in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt; et qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis saepe restituitur." CELSUS.

IN acutis inflammationibus plerumque necessarium est remediis fortibus uti, quod actio inflammatoria debelletur, priusquam structuram organorum affectorum perdat.

Ad hoc consilium efficiendum, missio sanguinis, vesicatoria, purgantia, et interdum quoque hydrargyrus, prima sunt remedia.

Missio Sanguinis.—In sanguine abstra-

hendo aetatem, constitutionem, habitum, etc. aegri, in animo tenere oportet. Quantitatem definitam in omni casu detrahendam jubere non satis est (1): in hoc autem praecipue effectibus suis ad signa superanda, aut ad functiones corporis laesas expediendas, dirigendum est. Multo melius est tamen quantitatem satis amplam ad morbum submovendum semel detrahere; quam iterum iterumque quantitates minores timide elicere: nam ea methodus multo citius actionem inflammatoriam abrumpit, et multo efficacius speciem acutam prohibet, quo minus in chronicam transeat; aegrumque facit, ut multo minus ad ultimum debilitetur.

Sin autem signa iterum urgeant, sanguis pro viribus aegri et violentia signorum iterum mittendus est.

---

(1) " It is difficult, nay impossible, to form any rule, respecting the quantity or degree of depletion, that shall be applicable to all the various cases of particular diseases."—Armstrong on Typhus.

In quibusdam casibus sanguis ex vicinitate partis affectae elicitus secunda vice, sicuti cucurbitula cum ferro, aut hirudinibus, maximum commodum feret.

Vesicatoria.—Vesicatoria super partem dolentem imposita, maxime adjuvant ad inflammationem removendam, atque in successione potentiora erunt, quam sub forma fonticulorum.

Purgantia.—Sunt opiniones variae de purgantibus huic morbo exhibendis; Doctores Saunders, Pemberton, et caeteri salina commendant; dum Doctor Curry aliique mercurialia. —" eo quoque disci, quod qui diversa de his senserint, ad eandem tamen sanitatem homines perduxerint." (Celsus.)

Hydrargyrus.—Hydrargyrus a multis exhibitus est, quia putatus est actionem quandam peculiarem seu specificam in jecinore ha-

bere. Ut quaedam medicamenta plus, quam alia ejusdem classis, certis organis virtutes dirigant, non inficiandum est. Ratio fortasse optima modi, quo hydrargyrus operatur in hoc non minus, quam in multis aliis morbis, data est a Doctore Farre (1). Cum valetudinarium Londinense ad morbos oculi curandos institutum in "Charterhouse-square" frequentabamus, multae occasiones nobis offerebantur notandi operationem hujus remedii sub oculis Doctoris Farre ipsius in casibus iritidis.

Si exhibitio hydrargyri in Hepatitide acu-

---

(1) "I have uniformly," ait Doctor Farre, "regarded the mercurial action as one of the most effectual means of arresting the disorganising process of adhesive inflammation, whether of the iris, or of any other texture of the body. To the liver, in this state of disease (Hepatitis), it has been long applied, except that some have had their fears about commencing it too early; and through this delay, have probably lost the opportunity of preventing suppuration."—Vide Farre's Communication on Iritis, in parte 1. libri inscripti, "Surgical Essays, by A. Cooper et B. Travers."—Saunders on Diseases of the Eye, by J. R. Farre, M. D.

ta dubitetur in nostra insula; usus ejus tamen in India bene constitui videtur.

Methodus medendi Hepatitidis in India non tam complicata est, quam in Britannia. Si aeger est robustus; si pyrexia evidens; si dolor haud lenis, sanguinem mittere oportet. Curtis ait: "Whenever the disease came on with a considerable degree of fever, with acute and constant pain of the side and shoulder, some bleeding was practised; but in other cases it was never done (1)." "En général," dicit M. Larrey, "la saignée est moins indiquée dans les climats chauds que dans le pays froids; ainsi il faut être très circonspect sur son emploi (2)." Cum mis-

---

(1) Curtis on Diseases of India, p. 104.

(2) Larrey, Chirurgie Militaire, II. p. 43.

Sed an vera sit necne haec observatio generalis, dubitare liceat, cum in memoria habeamus observationes chirurgorum et militarium et navalium qui artem salutiferam in regionibus calidis exercebant. Sed fortasse Larrey, dum ita scribebat, solum in animo curationem

sio sanguinis non necessaria putatur; in India medicinam facientes sanguinem e loco vel hirudinibus vel cucurbitulis cum ferro educere soliti sunt. Post sanguinis missionem, aut, si ea non necessaria est, ab initio vesicatorium super hypochondrium dextrum imponere convenit. Cum vesicatorium sublatum est, pars exulcerata a quibusdam medicis unguento hydrargyri curata est.

Alvum quoque ducere decet purgantibus

---

hepatitidis tenebat. Vix plane demonstratum est detractionem sanguinis non esse tam necessariam et salutiferam in India, quam in quibusdam aliis locis, etsi sententiae omnino diversae de hac re prolatae sunt. Sed Dominus Ballingall nuperrime dixit, " —it becomes us to be peculiarly sedulous in our efforts to prevent suppuration of the liver; and for this purpose I have employed bloodletting to a much larger extent than what the state of the pulse, the height of the symptoms, or the habit of the patient would seem to demand. Of this I can safely say, that I have never had occasion to repent; and that the more I practised it, the more confident I became in its use." " It is common in India to look upon bloodletting as an evacuation which, if possible, it is upon all occasions desirable to avoid, and which ought never to be had recourse to except in cases of extremity."—Ballingall, op. citat. p. 103—4.

idoneis; praesertim submuriatis hydrargyri larga dosi cum opio et antimonio conjuncta vespere, et summo mane sulphate magnesiae, salibus de Cheltenham, oleo ricini, aut jalapa. Medicamentorum doses statuere vix nostrum est; nam adeo exhibendae sunt caute pro re nata, ut alvum libere ducant.

Enemata interdum utilissima sunt profluvium alvi et irritationem allevando. Debent tamen lente et caute infundi in rectum, ut ibi retineantur pro tempore idoneo. His aeger commodum haud parvum adeptus est; quia tormina et tenesmum, quae adeo saepe excruciant, brevi sedant; ideoque pro re nata repetenda sunt.

Medicinam in India facientes in hydrargyro praecipue ad Hepatitidem curandam nituntur (1); et prima res est, effectus sibi

---

(1) Girdlestone on Hepatitis, &c.—Mathews on Diseases incident to Europeans in the East Indies.—Wade on Diseases of the East In-

proprios in gingivis quam citissime incitare, et tum fluxus alvi et caetera signa ei succumbunt. Ad hoc, tempore brevissimo, efficiendum unguentum hydrargyri extrinsecus, et pilulae hydrargyri, vel submurias intrinsecus usurpari debent. Pilulae hydrargyri tamen vix in usu sunt contra Hepatitidem acutam, saepius vero chronicam (1).

Secretio bilis bonae, fluxus salivae, diaphoresis lenis, signa sunt certa morbi abeuntis. Postquam os affectum est, hydrargyrum continuare oportet, donec signa gravia non solum evanescant, verum etiam donec aeger appetitum viresque recuperaverit; donec

---

dies.—Curtis on Diseases of India.—Lind, An Essay on Diseases incidental to Europeans in Hot Climates.—M'Gregor, Medical Sketches.—Johnson on Tropical Climates.—Fontana, Des Maladies qui attaquent Les Européens, dans les pays chauds et dans les longues Navigations. Par R. Fontana, de Crémone. Traduit de L'Italien par M. Venissat. A Paris, 1818.

(1) Dominus Ballingall pilulam Hydrargyri coeruleam exhibere solitus est.

alvus facilis facta fuerit, et flavedo cutis abierit; cùm nobis causa est credere ut inflammatio fugata sit, et hepar ad pristinum statum redierit.

Plerique medicinam in India facientium usui interno hydrargyri ad curationem hujus morbi confidunt. Plerumque submuriatem hydrargyri, opium, et pulverem antimonialem inter sese conjungunt; et praeterea pilulas hydrargyri etiam per os exhibent.

In casibus, quibus per os hydrargyrum dare volumus, et quibus irritabilitas ventriculi magna adest, ad curationem Hepatitidis Europaeae submuriatem hydrargyri in aqua calcis Doctor Currie exhibere proposuit (1). Inunctio cum unguento hydrargyri methodus est curandi hunc morbum admodum vulgaris.

---

(1) Dr Curry's Letter.—Saunders on Hepatitis, App. p. 72.

Quibusdam in casibus hujus morbi, largis dosibus intrinsecus exhibitis, inunctio externa etiam spem nostram fallit systema afficiendi. Ubi hoc suspicamur, utile erit sanguinem mittere; et post hanc hydrargyro systema facile affectum erit (1).

Doctor Girdlestone ait, " In the second (or inflammatory) stage, the frictions appear to be not only the most expeditious, as well as the most successful method of treatment.

" The mercurial frictions having relieved or entirely removed the pain, ought not to be discontinued until the gums become affected, otherwise the patient is exposed to a relapse, with a greater tendency to suppuration." " Sometimes, towards the conclusion

(1) " In several instances, the gums could not be affected till venesection had been performed. After this, a small quantity of mercury affected the gums."—Dr M'Gregor on the Diseases of the 88th Regiment in Bombay.

of the mercurial course, viz. about the time the gums become affected, a kind of erysipelatous eruption breaks out all over the body, but by a discontinuance of the mercury this may be soon removed." (1)

Hydrargyrus, cùm nimia in quantitate datus esset, dolores vehementiores movet, quam morbus, cui exhibitus est. Chirurgi et medici periti hoc noscentes cavent, ne eum nimis urgeant.

Cum gingivae tenerae factae sunt, hydrargyri quantitatem minuere oportet; satisque putare, ut effectus ejus in systemate proprias leniter sustineamus.

Cavendum est quoque, ne actio mercurialis nimis subito accideret, dosibus largis prius exhibitis sine effectu evidente.

---

(1) Girdlestone's Essay on Hepatitis, &c. p. 47-8.

Interdum, cùm effectus hydrargyri proprios moverimus; fluxus salivae subito sistit, quo os siccum aridumque evadat; tum aegrum in balneum calidum descendere, dosesque exiguas et saepe repetitas submuriatis hydrargyri sumere oportet, ut saliva quam citissime iterum fluat; nam si non cito redeat, aeger in magno periculo erit.

Quum signa casûs fausta videntur, rebus jam memoratis eum ad curationem fere ducemus. Aegri tamen saepe diutius morbo laborant, priusquam medici auxilium petant, hepar interim in suppurationem rapide abit, aut jam suppuratum est. Si morbus hoc modo neglectus est, aut male tractatus ab initio, etiamsi lenis; in suppurationem tamen abierit. Cum hepatis inflammatio non cito superata est; celeriter suppurationem inducit. Quum ex signis ejus nobis persuasum est non praevenire ei posse, eam quam celerrime festinare oportet cataplasmatis cal-

lidis, emollientibus, aut fomentis ad jecinoris regionem applicatis. Cinchona et diaeta magis nutriens, et alvus facilis, nunc ex toto necessaria sunt. Abscessu in parte convexa hepatis facto, pus operatione chirurgica caute interdum evacuari potest; incisio longa fieri debet, ut non cito iterum adhaereret, pusque effluereet, cujus quantitas interdum libras quinque aut sex reperta est. Larrey ait se pulsationem tumori Aneurismatis similem in hepatis abscessu vidisse (1).

Medicinam facientes, pure evacuato, aquam hordeaceam et tincturam myrrhae in abscessum olim injecerunt; cavitatem postea

---

(1) " Il suffit d'ailleurs d'etudier la marche des abscés au foie, pour distinguer cette maladie de l'anévrisme, qui présente des symptômes d'un tout autre caractère."—Larrey Memoires de Chirurgie Militaire, tom. II. p. 39.

—— " s'il (l'abscés) s'ouvre dans la cavité de la poitrine, on fera l'operation de l'empyème, et l'on se compertera ensuite comme dans les cas ordinaire."—Larrey opt. citat. p. 46.

linteo siccaverunt, dum cinchonam intrinsecus exhibuerunt. Hodie tamen abscessum fomentis et cataplasmatis, deinde applicationibus communibus curant (1). Ad vires aegri sustentandum attentio prima dirigenda est. Curtis inquit se non credidisse cinchonam, ullam mutationem salutarem puris, casu uno excepto, effecisse. "In all the rest it did no manner of good." Hodie vero cinchona et diaeta nutriens in India aeque ac in Britannia ad vires aegrorum sustinendas maximo commodo exhibentur. Diluentia blanda et utilia et aegro grata sunt, ut gustui aptentur. Diaeta animalis neganda est; farinacea atque ex fructibus multum confecta, omnibus stimulantibus evitatis, adhibenda sunt. Inflammatione tamen submota, cibus animalis concoctu facilis parva in quantitate detur, vires aegri reficiendi causa;

(1) "Si vero jecur vomica laborat, eadem facienda sunt, quae in caeteris interioribus suppurationibus. Quidam etiam contra id scalpello aperiunt, et ipsam vomicam adurunt."—Celsus.

utilis quoque est in stadio suppurationis gratiâ pus maturandi; nunquam vero multum stimulare debet. Quibusdam aegris quidem debilissimis, inter curandum, vinum diaetamque tantam nutrientem, quantum ventriculus infirmus recipiat, cinchonam, et acidum sulphuricum aromaticum, dare necessarium sit.

DE HEPATITIDIS CHRONICAE CURATIONE.

Methodus Hepatitidem chronicam tractandi usu hydrargyri est, qui eodem modo exhibendus est, ac sub specie acuta hujus morbi praescriptum est. Hoc tamen observare convenit, ne fluxus salivae unquam copiosus sit; sed contra, satis ducere, ut gingivae paululùm tenerae et inflammatae tenerentur dosibus hydrargyri lenioribus. Alvum facilem et potius solutam tenere, inter

tractandum, nunquam non negligere oportet. Primo, dosis plena submuriatis hydrargyri cum pauxillo opii nocte, et primo mane postero dosis olei ricini, quod imprimis commodum est casibus fluxu spontaneo et tenesmo vexatis, exhiberetur. Deinde submurias hydrargyri, cum opio et pulvere antimonii conjunctus, bene aptus est ad effectus hydrargyri modicos, alvumque satis facilem tenendum; halitumque cutis etiam promovendum. Si pilulae caeruleae hydrargyri exhibeantur, purgantibus, sicuti sulphate magnesiae, aut salibus de Cheltenham multa aqua dilutis, phosphate sodae, tartrate potassae, tartrate potassae et sodae, etc. postero mane opus erit. Haec medicamenta post paucos dies ex intestinis secretionem multo magis naturalem reddent.

Quibusdam placuit regionem hepatis unguento hydrargyri inunguere, atque huic praecipuè curationem confidere; tum, alvo

medicamentis jam recensitis liberè ductâ, pilulas hujusce formulae et ad actionem mercurialem lenem, et alvum satis commodam, halitumque cutis liberum sustinendum, utilissimas adhibere expedit.

℞ Extracti Colocynthidis Comp. ʒi
Submuriatis Hydrargyri ʒss
Tartratis Antimonii gr. v
Olei volatilis Eugeniae Caryophyllatae m. v
Mucilaginis Gummi Acaciae q. s.

ad massam formandam, quae in pilulas xxx aequales dividenda est, aeger hora somni duas vel tres pro re nata capiat.

Cicuta olim in usu frequenti erat ad affectionum glandularum curationem, quanquàm fortasse haud tam efficax sit, quam Doctor Stoerk credidit; nihilo tamen secius, si rite praeparatur, medicamentum potens erit reperta, et potentius adhuc, si cum hydrargyro in iis casibus conjungatur; nam

actio eorum conjunctae multo potentior esse videtur, quàm utraque separatim. Haec est formula:

℞ Submuriatis Hydrargyri ℈i
Extracti Conii Maculati ℨi
Pulveris Radicis Amomi Zingiberis gr. xv

Massa fiat in pilulas xx aequales dividenda, quarum aeger hora somni sumat i. vel ij. Si aliquid laxantis simul cum iis pilulis postuletur; oleum ricini, pulvis radicis rhei, pulvis jalapae compositus, pilulae colocynthidis compositae, sulphas magnesiae, sulphas sodae, phosphas sodae, sales de Cheltenham, etc. consilio nostro bene responderent.

Cum dolor, vel potius molestia, hypochondrii dextri vix adeo gravis est, ut sanguinis missionem postulet; vesicatorium amplum super partem dolentem fructu cum magno applicari potest.

In quibusdam casibus quoque setaceum super partem sensu molesto affectam sub integumentis perducere; vel ibi fonticulum perpetuum aperire, maximo commodo possumus. Moxa aliquando cum commodo in Gallia usurpatur.

Doctor Johnson ait quod in casibus, "Where hepatic obstructions exist, with determination to the bowels, keeping them in an irritable state, the utility of flannel becomes both real and apparent." Fasciam latam igitur circa abdomen aegri circumvolvere usui magno sit.

Aegro nunquam diaetam simplicem tenuem atque concoctu facilem sumere oportere, obliviscendum est. Exercitatio quoque moderata, semper citra fatigationem, utilissima esse videtur; sed pro re nata adhibenda est, atque ad vires aegri accommodanda. Interdum bene se exercere potest aeger cor-

pus fricando suum panno laneo vel scopula corporea.

Tonica et amara, sicuti cinchona, aristolochia serpentaria, croton eleutheria, bonplandia trifoliata, quassia simaruba, quassia excelsa, colomba, gentiana lutea, etc. subinde utilia sunt, et cum fructu exhibeantur; in variis formulis administrari possunt, infusum vero potius anteponendum est (1).

Cum vitium hepatis hydrops sequitur, non submoveri potest, nisi morbum jecinoris tollere medicamentis idoneis possimus.

Navigatio et caeli mutatio huic morbo utiles sunt. Hinc cum vires bene confirmatae sint post curationem Hepatitidis, aegris saepe commendatum est, in navem ascendere, atque ex India in Europam proficisci; aut

(1) Doctor Pemberton multum commendavit Taraxacum.

si hoc est incommodum, ad promontorium Bonae Spei, ad insulam Principis Edwardi, vel ad insulam Mauritium advenire, ibique pro tempore habitare.

Doctor Scott nuper usum balnei ex acido nitro-muriatico hepatitidi commendavit. Jacobus M'Gregor, Eques, quoque dicit se ab acido nitrico et aliis remediis similibus effectus optimos in Hepatitide vidisse. Quantum intelligere potuimus, hoc remedium hodie non in usu ad curationem Hepatitidis in India est; verum, ut vires constitutionis reficiat post usum Hydrargyri, interdum exhibetur.

Doctor Johnson nuper opinionem ejus in testimonium hujus remedii (balneum ex acido nitro-muriatico) in quibusdam casibus morborum biliosorum dedit (1).

---

(1) Johnson on Tropical Climates.

——— on the Influence of the Atmosphere on Health, &c.

Ad aquas minerales saepe decursum est, magno cum commodo; eas apud Bath, et Cheltenham, plerique affectionibus jecinoris laborantes frequentant. Doctor Saunders dicit aquas Bathonicas hepatitidi haud parum utiles esse, si usurpantur, cùm inflammatio, quae suppurationem faciat, absit. " Aquae Bathonicae nusquam sunt utiliores, quàm in medendis morbis ab ebrietate profectis; sed postquam hepar factum fuerit scirrhosum, et febris hectica indicaverit hos scirrhos proclives esse ad inflammationem, ibi istae aquae veneno pejus sunt vitandae." (1)

---

(1) Heberden Commentarii de Morborum Historia et Curatione, p. 214.

FINIS.

CORRIGENDA.

In pag. 7, lin. 20, *pro* Larvey *lege* Larrey.
——— 60, — 14, *pro* proprias *lege* proprios.
——— 61, — 21, *pro* cal- *lege* ca-
——— 67, — 1, *pro* conjunctae *lege* conjuncta.